



Merico 26 (134)

# H I L I P P V S I I I

Dei gratia Hispaniarum, Vtriusque Siciliae etc. Rex, et Mediolani Dux II. etc. Petita à Senatu nostro approbatione annexi diplomatis quo donauimus pensione annua trecentum scutatorum in hoc statu nostro Mediolani unum ex Gambaloyta quem pater ipse nominasset, ob magna, gratiaq; obsequia nobis in bello serenue praestita a Campi magistro Ludouico Gambaloyta, equiteq; Gambaloyta fratre eodē munere perfuncto et altero etiam fratre Capitaneo Io. Baptista, is Ordo de more uoluit in primis intelligere uotum unius ex egr. Aduocatis nostri. fiscalibus. Co autem audito, qui licet dixisset difficultatem facere quod dictus Franciscus, cui facultas facta fuerat nominandi eum, in quem pensio conferretur, ante nominationem facta functus erat tamen uotis postea factis in istis eidem diplomati annexis, quibus eam ipsam pensionem Bartholomaeum Gambaloytam demortui filium contulimus se remisit, Senatus ipse uenit in sententia dictum diploma ad fauorem dicti Bartholomaei approbandum esse, et confirmandum, ut iacet, cum eo tamen ut nulla fiat assignatio super certare, vel loco, in prauiudicium assignationum iam factarum. Quod cum nobis quoque placeat, illud approbamus, et confirmamus ut supra, ab omnibusque ad quos spectat, et spectabit, inuiolabiliter seruari mandamus. In quorum fidem praesentes sigillo nostro munitas fieri, et regi: strari iussimus. Datj Mediolani die ult. Iulij. M. D. C. xvij. . . . .

*M. Merico*



16.18.31/011



Merseburg 26 (134)

